



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. VII. Obliqvum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

XXX.

Obligationem debitori reddens videtur patrum de non petendo facere l. 2. ff. de pat.

CAP. VI.

Obligatio plurium circa delicta.

Axioma. I.

Delinquentibus pluribus, omnes tenentur in solidum, ita ut unus solutio ceteros non liberet, l. 1. Cod. de condit. furtiv. litem delat. n. §. sed si plures 2. ff. ad Leg. Aquil. Quoniam in delictis quisque obligatur ex suo dolo in solidum. Welenb. in parat. ff. de injur. num. 5. Qvisque ergo delicti sui poenam exolvit. Bachov. in Comm. ad l. 7. §. ult. de iur. d. Exempla sunt in actione injuriarum, ubi pluralitas personarum inferentium plures efficit injurias, cum ergo plures injurias faciunt, singuli tenentur: tot enim sunt injuria, quot personas, l. si plures 34. de injur. ubi Welenb. d. l. Distingui tamen potest inter delicta & facta, pro quibus competunt actiones poenales, & inter ea, pro quibus actiones vere poenales non competunt, sed rei periculatoriae: in quibus, cum veniat id, quod interest actoris, necesse est, ut licet plures in solidum teneantur, tamen unus solutio, per quam actor, quod sibi abest, id, quod sui interest, consequitur, ceteri liberentur; quare ratio est l. 1. §. si plures 4. de eo per quem fact. Bachov. ad l. 7. §. ult. de iur. d. pag. 429. Hinc est, quod in Lege Aquilia, quare damnum persequitur, etiam si per accidens poenalis sit, ideo Dominus estimatione damni offerendo totius familiae si ve plurium servorum factum emendat. l. illud 32. ff. ad Leg. Aquil. Quod postea ad factum quoque familiae productum fuit, l. si famul. furt. fecisse dicatur. quia & in furto non precipue injuria, sed potius damnum (cujus estimatione in duplum aut quadruplum fit) coercetur, Welenb. ad d. tit. secus est in edicto de albo corrupto: quare actio cum tota sit poenalis, solutio simpli non aequè tollitur obligatio, vide Welenb. in parat. si famul. sunt, fecisse dicat. Sed quia haec accuratius in racemat. criminal. ad d. tit. si famul. furt. fecisse dic. (ubi quoque de Welenb. ratione disputationum est) digesta sunt, pag. 336. & seqq. ideoque filum hic abrum-
pimus

II.

Iisdem ferme modis in delicti partem quis venit, quibus in damni dati: non tamen semper, ubi damni obligatio est, etiam delictum est, sed tum demum, si qua malitia notabilior accesserit, cum ad damni dati obligationem qualiscunque saepe culpa sufficiat. Grot. de J. B. & P. L. 2. cap. 21. §. 1.

III.

Qui factum vitiosum jubent, qui consensum requisitum adhibent, qui adjuvant, qui receptum praestant aliove modo in ipso crimine participant: qui consilium dant, laudant, ad-

sentantur: qui, cum ex jure proprio teneantur vetare, non vetant, aut cum teneantur ex simili jure opem ferre injuriam patienti non ferunt, qui non dissuadent, cum dissuadere debeant, qui factum reticent, quod notum facere tenebantur, hi omnes puniri possunt, si in ipsis talis sit malitia, quare ad meritum poenae sufficiat. Grot. d. l. n. 2.

CAP. VII.

Oblivum.

Oblivum nemo debet exercere illud, quod directo ei non permittitur, Clem. unic. in pr. de Excess. Pralat.

CAPUT VIII.

Oblivio.

Oblivione perditur possessio rei immobilis, Gloss. in l. si id quod ff. de acquir. poss. non autem rei mobilis, l. 3. §. Nerv. 13. eod. tit. Fachin. 10. contr. 86. Ex longitudine enim temporis ea praesumitur, l. peregre 44. ff. de acquir. poss. Vacian. conf. 33. num. 49. vol. 1. lapsuque decennii omnis memoria deponitur, Dyn. in reg. praesumitur de R. Jur. in 6. Joh. Andr. in cap. qualiter & quando de accusat. per l. Celsus 27. de usucap. Bart. in l. res obligat. de legat. 1. Bald. in l. 1. C. de confess. Corn. conf. 278. In causa. vol. 4. & conf. 324. vol. 3. Mar. Socin. conf. 38. p. 1. Cravett. conf. 65. num. 10. & conf. 75. num. 25. & conf. 28. num. 4. Qua de causa tam quoad inducendam possessionem, quam ad eam amittendam, regulariter super praesumptione oblivionis Dd. decennium praefixerunt. Ex eo enim temporis lapsu oblivionem praecedentis testamenti praesumi, ita ut tempus ipsum concurrens cum hac voluntate contraria testatoris revocationem operetur, ex l. sancimus 27. Cod. de testam. trad. Ruin. conf. 6. n. 2. & seqq. & conf. 10. num. 9. & seqq. & conf. 11. n. 10. ubi hanc esse communem opinionem testatur lib. 2. Paris. conf. 34. num. 47. & num. 38. lib. 2. Guilhelm. Benedict. in cap. Raynuitius, in verb. testamentum. num. 8. de testam. Julius Clar. in §. testamentum. quaest. 91. Johan. Anton. Trigon. sing. 68. num. 3. vers. adde quod text. in d. l. sancimus. Valsq. in tract. de success. creation. §. 17. num. 73. cum seqq. Tutius tamen esse, si hoc arbitrio iudicis relinquatur cum glossa communiter approbata, in l. furum. §. in ff. de usucap. sentit. Alberic. in l. 1. num. 16. C. de serv. fugitiv. quod quidem admittit Socin. conf. 2. col. 3. lib. 3. scilicet quoad causandam obligationem duntaxat, non vero quoad controversiam, quare inter eos circa tempus praesumendae obligationis exoritur, & simul amittendae possessionis versatur, quapropter priori casu oblivionem praesumi etiam post annum, cum eo testatur Oldrad. conf. 183. factum tale est vacante. col. 12. vers. & si aliqui dicerent, atque ita iudicem pro qualitate personarum & rei, vel ob sexus fragilitatem, quod tempus magnum vel parvum dicatur, arbitrari posse

(D) 4